



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1859

IX. Das Kloster zum heiligen Geist in Salzwedel verspricht, die von Kröcherschen Stiftungen aufrecht zu erhalten, am 4. Mai 1323.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55003](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55003)

Henningus, Albertus, fratres, dicti de Irckslene, nec non alii plurimi fide digni. Datum Anno Domini MCCCXXII, in vigilia pentecostes.

Aus einem im Jahre 1782 angefertigten Copiarium des Klosters Althaldensleben.

IX. Das Kloster zum heiligen Geist in Saltwedel verspricht, die von Kröferschen Stiftungen aufrecht zu erhalten, am 4. Mai 1323.

Nos Siffridus, dei gracia prepositus, Tidericus, prior, Totusque Conuentus Canonico-
rum Regularium Monasterii Sancti spiritus prope Saltwedele recognoscimus in hiis scriptis publice
protestantes, Quod obligauimus nos ad hoc, Quod omnia et singula nos et nostri successores in pri-
uilegio super elemofinis a Strenuis viris domino Droysekone bone memorie et suis filiis domino
Johanne ac domino Hinrico, Militibus, necnon Jordano, famulo, dictis de Crochere, nostro
Monasterio diuine retributionis intuitu suarum pro salute animarum collatis, contenta, beniuole et
diligentissime ac gratuite volumus in perpetuum obseruare, Quod si in aliquo, prout in eodem pri-
uilegio continetur, inueniremur nos vel nostri successores articulo negligentes et rebelles, penam
nobis seu nostris successoribus a predictis dominis de Crochere vel eorum successoribus aut eciam
a preposito de Saltwedele infligendam, si Stirps eorum euanesceret, omnino pacienter et beni-
uole uellemus sustinere. Si vero in Messis ad Altare ab ipsis fundato (sic!) in nostro Monasterio ac
per eisdem dotato (sic!) post obitum domini Johannis nunc ipsum possidentis celebrandis aliquis
error vel negligencia feret, quod abfit, vel in vini eciam et oblatarum dacione, quod prefatos de
Crochere aut prepositum de Saltwedele, cum ad ipsum pertineret, lateret, hoc nos in nostro
Capitulo districte corrigere debemus et nostri successores. Quod si non corrigeretur per nos vel
nostros successores, qui pro tempore fuerint, quod abfit, hoc non in animas eorundem de Cro-
chere ita quod premium eorum apud deum per hoc minuat, sed in nostras animas aut succes-
sorum nostrorum redundabit. Preterea quod amministrazione (sic!) vini et oblatarum ante obitum
domini Johannis iam dicti nunc ipsum Altare possidentis cum consensu sepredictorum de Cro-
chere acceptauimus, que eidem domino Johanni sue vite temporibus in priuilegio est ascripta,
hoc factum est ad cautelam et ad maiorem bonorum ad elemofinas predictas nobis donatorum per
eisdem de Crochere tuicionem, ne dicantur eadem bona ad aliquod alium (sic!) quam ad no-
strum Monasterium pertinere. Dominus Joannes vero sepefatus ab huiusmodi amministrazione sup-
portatus domum sibi a nobis assignatam pacifice possidebit ac pactum suum decem uidelicet fructa
duri Frumenti de Decima in villis Robele et Volueswinkele prope werben tollens altare su-
pradictum Messis in priuilegio sepredicto singulis feriis ascriptis diligenter et deuote officiare debe-
bit. In quorum omnium euidentiam pleniorum Sigilla nostra presentibus sunt appensa, Datum anno
domini MCCCXXIII, in Vigilia Ascensionis domini nostri Jesu Christi.

Nach dem Originale des Geh. Staatsarchives.